



Laurentius Muntaner f.

BEATI
RAYMUNDI
LVLLI DOCTORIS ILLVMINATI,
& Martyris
De lliberis de S. francisco de Paula
LIBER
DE MILLE PROVERBIIS
LATINA SIMVLET LEMOVICEN-
si lingua nunc primùm editus.
PALMÆ MAJORICARVM ANNO
1746.

Superiorum permisso.

Ex Typis Michaelis Cerdà & Antich,
& Michaelis Amoròs Typogr.

CENSVRA ET APPROBATIO

*A. R. P. Fr. Antonij Perellò Lect. Jubi.
Artium Magistri, Philæ. Ex-Cath^{ci.} ac
Collegiati, Sacre Theologiae Doctoris,
olim in Lulliana Universitate pro Sca-
tica doctrina Cathedratici Primarij,
Diœcesis Majoricensis Examinatoris Sy-
nodalis, Provinciarum Valentia &
Cataloniæ Patris; Ex-Custodis, semel,
iterum, atque iterum Balearis Ser-
aphicæ Provinciæ Ex-Provincialis, ejus-
demque bis Ex-Comissarij Visitatoris,
Capituliique Provincialis Præsidis; nec
non totius Ordinis Minorum Diffinitoris
Generalis. &c.*

Voluptuosum sanè præceptum à Per-
Illtri. Domino Dn. Emmanuele Salva-
dor, Generali Vicario, & Officiali Illustris-
imi, ac Reverendissimi Domini D. Joseph
Antonij de Zepeda hujus Majoricensis Diœ-
cesis dignissimi Præfulis, Regij Consiliatij
&c.

&c. mihi fuit injunctum quatenus scilicet super B. Raymundi Lulli Doctoris Illuminati & Martyris Librum de mille Proverbijs feram Censuram. Verum quid imbecillitas mea crisim audeat facere de Libro Doctoris Cælitius Illustrati, & Christi Martyris invicti auctorato nomine, ubi selecta Patrum, Theologorumque Sacri æcumenici Concilij deputatio (*) veram sanam & catholicam ejus calificavit scientiam? Absit aliter sentire de legitimis Lulli operibus.

Hujus autem de mille Proverbijs Libri vix salutavi titulum, quando multis abhinc annis Lullianum Proverbiorum Librum impressum me legisse memini; undè non levis occurrit dubitandi ratio de idemtitate Authoris, vel legitimitate operis: verum præambulans monitum ad Lectorem omne dubium evacuavit; Siquidem alter est Liber iste de mille Proverbijs ab illo jam pridem impresso: Antiquus copiosior, novus reductior; ille cum expressiori Artis Lullianæ artificio; iste aliquantulum cooperto: Ast Libri utriusque stylus omnino idem, & sapiens Lullum, legenti

(*) *Cultur. dissert. 2. cap. 4. §. 10.*

genti patefit: Si enim juxta commune Proloquium: *Purpura juxta purpuram dijudicanda*, ex sola amborum operum juxtapositione, non alium, & alium, sed ipsissimum utriusque Authorem esse patebit.

Antiquum vocavi Proverbiorum Librum antiquitus impressum, novum dixi nunc prælo paratum; cumque, testante acutissimo (a) Calmet, Proverbia sint totius sapientiæ thesaurus; meritò noster Beatus Lullus in ijs antiquo, & novo Proverbiorum Libris monstratur esse scientiarum Paterfamilias, qui de suo scientifico thesauro *nova profert & vetera*. (b)

Quamvis autem novus hujuscce Libri de mille Proverbiis thesaurus aliqua per sæcula manserit absconditus, non desinit propterea esse thesauri, exactissimâ diligentia inventi, cùm nec thesauri ditissimi deperderit pretiositatem thesaurus Evangelicus, quamvis multa per tempora absconditus, tandemque magnâ solertiâ inventus. (c)

Verum

(a) *In Prolegom. ad Proverb. Salom.*

(b) *Mathen. 13. v. 52.*

(c) *Mathen. 13. v. 44.*

Verum enim, ubinam inventus fuit Evangelicus pretiosus thesaurus? In agro. (d) Hic etiam ditissimus de mille Proverbijs thesaurus, nullo alio in loco, quam in RR morum. Patrum Prædicatorum Cænobio, scientiæ totius agro pleno, ubique tot sunt fertilissimæ sapientiæ spicæ, quot sunt Nostri Cherubici Patris Filij, cultoresque diligentissimi, aptius inveniri debuit.

Nec alienandus est Liber iste à suo Authore Lullio per hoc, quod in sui principio careat Dei invocatione poni solitâ à B. Raymundo in suis Libris; quandoquidem quid speciatim habet Proverbiorum Liber, quod non alijs: Salomonica namque Proverbia, censent Rabini & Thalmudi stx (e) vivâ voce fuisse à Salomone dicta, vulgi voce celebrata, & trita, tandemque ab alijs scripta. Non aliter dicendum de hoc Lullico Proverbiorum Libro, quod scilicet propria Authoris manu non sit exaratus, sed dictatus ab ipso, acceptus ab alio, uti ex sui finali conclusione apparet, quæ sic terminatur:

Hæc

(d) *Ibid.*

(e) *Vide P. Cornel. in Proleg. Proleg. Salom.*

*Hæc Proverbia fecit, & dictavit Magister
Raymundus Lullus &c.*

Rursus Salomonicus (f) Proverbiorum Liber continet in prima parte parænesim ad Sapientiam, ad quam omnes hortatur Filius David, proponens ejus dignitatem, ingentesque fructus, & commoda, quæ suis studiosis plenâ manu confert sapientia, testans (g) de se ipso *venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ*. O, utinam haberem vocem tonitrui magni, quæ audiretur à non obturantibus aures suas, vocitarem utique omnibus, ut venirent ad Lullianæ scientiæ arcem fortì armaturâ munitam ad infideles conterendos; quâ cum sapientiâ venerunt pariter Lullo cuncta bona, scilicet conver-sio mirabilis, rigida pænitentia, lubricæ anteactæ vitæ lachrimabilis dolor, ergà Christi crucifixi bonitatem ardentissimus amor, tandemque pro Fide Catholica gloriosum Martyrium.

In suo Proverbiorum Libro monstrat Salomon, teste (h) Basilio, de singulis virtutibus

(f) *Ibidem*.

(g) *Sapient. 7. v. II.*

(h) *D. Basil. super Salom. Proverb.*

bus nullâ prætermissâ exactè differere: ideoque tradere non solùm ethicam propriè dictam, sed & Æconomicam, & Politicam, quæ sunt Ethices genericè sumptæ tres partes, & species. Totum id simplici invenitur intuitu in Lulli Proverbijs, ubi curat Sanctus Doctor eradicare vitia, plantare virtutes, docere Prælatum, instruere Principem, erudire Dominum, Subditum, Cognatum, Socium &c. ita ut nulla Ethices pars hìc desideretur. O quàm proficuum censeri debet frequens horum Proverbiorum studium, ac assidua lectitatio!

Divus Hieronymus (i) Epistolâ ad Lætam Albini conjugem de Paulæ filiæ institutione monet, ut in Proverbijs Salomonis erudiatur ad vitam.

Pithagorici sermone vernaculo in suis utebantur (K) Proverbijs, ut sic omnis hominum status ad vitam, & morum suorum rationem ducendam faciliùs juvaretur: Cordatissimè ergo hanc Proverbiorum Lulli impressionem satagens duplici cogitavit idiomate

(i) *Hiero. Epist.*

(K) *Alap. ubi supra.*

mate illâ crudere latinò scilicet, & lemovi-
censi, ut sic linguam latinam non callentes,
è vernaculâ faciliori captu, instrui possint
moralibus disciplinis, quibus in omni loco,
gressu, sermone, & oratione ad rectè gradi-
endum, loquendum, & operandum uti per-
multum juvat.

Alio fruuntur nomine Proverbia, vocan-
tur enim (1) *Paræmia*, quasi viatorum
itinerariæ, quod viam, & iter, idest gres-
sus, & actiones omnes dirigant: Unde se-
paratim ab alijs Sacrae Scripturæ Libris Pro-
verbia Salomonis antiquitus cussa fuere, exi-
guoque contenta libello, ut per vias à quo-
libet deferri, legi, & teri possent, quasi fo-
rent assiduus viæ comes, & dux, ac ut
dici solet, *Vade Mecum*.

Hanc utique observationem in praxi ha-
buit Illustrissimus, ac Reverendissimus Ma-
thias Hovius Archiepiscopus Mechliniensis,
dum hunc Proverbiorum libellum assidue
secum per vias, & itinera deferebat, eum-
que in curru, & hospitio lexitabat, non
aliter

(1) *D. Basil. in init. Proverb.*

aliter se gerebat Stanislaus (m) Hosius Cardinalis, qui Concilio præfuit Tridentino, diligentè legens, & relegens, & ad unguem usque callens Salomonis Proverbia, quorum Sententiis actus omnes suos, tam privatos, quam publicos moderabatur, & corrigebat. Hic ergo fuit Salomonis scopus, hic etiam Raymundi Zelus in suis respectivè dictandis Proverbijs; moderari scilicet actiones, formare mores, corrigere passiones, fugere vitia, amplectique virtutes omnes.

Hac fortè de causa à veteribus Patribus Liber Proverbiorum excellentiæ quadam (n) appellatione *Panaretos* appellatur, ac si diceretur totius moralis facultatis Summa, & ad omnes virtutes institutio. Cum igitur tam utilissima sit Proverbiorum disciplina (servatâ semper, inter utraquè Salomonis, & Lulli Proverbia, proportione servandâ) cordinsecús sciri oportet: quodque ut aptius & facilius consequi possit, separatim à Magnis B. Raymundi operibus libellum hunc
cudere

(m) *Alap. ubi supra.*

(n) *Calmet. ubi supra.*

cudere speciosissimum erit. Cumque nihil
in eo invenerim contra fidem bonosque mo-
res, dignissimus est prælo. Sic censeo (salvo
meliori) in hoc Regio S. P. N. Sti. Fran-
cisci Civitatis Palmæ Cænobio, Die 3. Fe-
bruarij Anno 1746.

Fr. Antonius Perello,

Imprimatur.

Salvador Vic. Gen. & Offi.

APPROBATIO PER ILLVSTRIS
Domini D. D. Augustini Antich de
Llorach Presbyteri & Canonici Sanctæ
Cathedralis Ecclesiæ Majoricensis, Ar-
tium Magistri, Sacrae Theologiæ &
Canonum Doctoris, in Lulliana Uni-
versitate olim Theologiæ Cathedrati-
ci, & nunc Sacrorum Canonum Ves-
pertinæ Cathedræ Moderatoris, ejus-
demque Universitatis tertio Rectoris,
Sanctæ Inquisitionis Consultoris &
Qualificatoris, Examinatoris Syno-
dalis in Diœcesi Majoricensi, & in
Insulis Majoricarum & Ebusus Vi-
carij Genlis. Militaris Subdelegati &c.

EX Commissione Perillustris Domini D.
ELipi de Sierra & Cienfuegos Regiam
Regentis Majoricensem Audientiam legi
Librum ab invictissimo Christi Martyre,
Doctoreque Illuminato, Beato Raymundo
Lullo compositum, cui titulus est: *Liber de*
mille

mille Proverbijs, ut meum judicium profaram: Et certè sufficit Titulus, quo ipse inscribitur, si Joanni Khal. Jurisperito assentiatur, ut approbatione non indigeat, cùm juxta prælaudatum J. V. Candidatum Proverbium nihil sit aliud, quàm *probatum verbum*, taliter ut, Juris Consultorum non exigua Lumina Ulpianus scilicet & Celsus, hic in Leg. si Corus 77. §. his verbis 1. ff. de Leg. 3. & ille in Leg. Solut. 6. §. non vero 2. ff. de Off. pro Con. secundúm quòd Proverbia docent, Leges condendas fore statuant, quia si hæ, teste Isido. Lib. 2. Ethimolog. C. 20. recta ad vivendi usum proponunt, & meliora ad operandum præcipiunt, hoc ipsum proverbia continent, teste Tyrino in prohem. Lib. Proverb. & ut legens attentè, videbit in Volumine isto Illuminati Doctoris. Prodeat ergo in Lucem, cùm nulla in eo sint, quæ Regijs Juribus obvient, quæ à pietate & bonis operibus devient, immò omnia digna præclo, & pretio. Ita censeo, salvo semper

per &c. Palmæ Balearium die 2. Octobris
1746.

Dr. Dn. Augustinus Antich de Llorach.

Palma, y Noviembre 1. de 1746.

Imprimase.

Sierra Reg.

MONITVM AD LECTOREM.



Iber hic *de Mille Proverbiis* Ill. Dris. B. Raymundi Lulli paucis Discipulorū ejus antehac agnitus cùm solùm confusè, & quasi idem cum alio Libro Proverbiorum, in Catalogis Librorum ab eisdem confectis citetur, nunc primam lucem sortitur, nè tantus thesaurus absconditus maneat, ejusque saluberrima doctrina fraudetur Orbis; cùm enim, non obstante exactissima diligentia Ivonis Salzinger in Libris Lullianis undequaque cōquirendis & comparandis, apud Moguntinos Lullianæ Impressionis Commissarios nulla de hoc Libro extet notitia, nisi hic lucem publicam videret, perpetuæ oblivioni esset profectò obnoxius; qua propter,

ter, Lector benevole, eundem nunc
tibi libenter offero.

Genuinum esse partum Ill. Dris. hoc
volumen ostendit clarissimè confor-
mitas Doctrinæ, cum alio signanter *Li-
bro Proverbiorum* impresso Moguntiæ
to. 6. Mag. Op. Lul.; aliqua enim eis-
dem quasi verbis utrobius reperiun-
tur Proverbia, alia quoad sensum pla-
nè eadem, & reliqua sunt apertissima
Doctrina Lulli; licet enim applicatio
Artis Generalis expressa plerumque
non appareat, imbibita tamen & hinc
inde scintillans videtur clarissimè, sta-
tim ac simplici reflexione attendit in-
tellectus: præterea esse hunc genuinum
Raymundi Librum non leves conjec-
turæ sufficientissimè manifestant, nam
præter omnem spem repertus fuit in
Bibliotheca PP. Dominicanorum Civi-
tatis Palmæ, & quidem compactus in
quodam

quodam magno tomo manuscripto
cum aliis indubitatis Libris ejusdem B.
Raymundi lingua lemovicent exara-
tis, & quodam parvo Libello *de misere-
ria humanae conditionis* latinè edito à
Domino Lotario Diacono Cardinali:
duorum Amanuensium manus in ca-
ractere litterarum antiquissimo appa-
rent, & facta collatione cum aliis an-
tiquis monumentis hujatibus, in quibus
unoquoque sæculo variatus appareat ca-
racter, videtur fuisse scriptus decimo
quarto sæculo. In præsentis libelli ini-
tio ita habetur: *Hic Liber est de mille
Proverbiis, que fecit Magister Raymun-
dus Lullus, in quo sunt capita sequentia:*
Primò de Deo; De Prælato &c. quæ ins-
criptio similiter est posita in aliis Li-
bris ejusdem B. Lulli: unde, cùm adeò
antiquus sit hujus libelli scriptor, vi-
detur ex ipso Originali autographo ex-
cripsisse,

cripsisse, & tunc tanquam genuinum illum reputasse, cùm fuerit sub nomine Lulli cum aliis indubitatis compactus.

Nec obstat, quòd desideretur in hoc libello Invocatio Dei usitari solita à Lullo in principio suorum Librorum, scilicet *Deus cum tua gratia, &c.* Solita quoque terminatio, nempe *Finivit Raymundus hunc Librum &c.* notando locum mensem & annum, quo fuerat Liber **absolutus**: non inquam obstat, quia præterquam quod in aliquibus aliis Libris genuinis hic idem defectus observatur, non videtur fuisse iste Liber propria manu ejusdem Lulli exaratus, sed ab ipso dictatus & ab alio exceptus, ut clare exprimit scriptor dicens in fine: *Hæc Proverbia fecit ac dictavit Magister Raymundus Lillus;* & ita nihil mirum, si omissa solita Invocatione inceperit

scriptor

scriptor à Prologo, & terminationem
suo modo apposuerit.

Hic obiter noto, incertum esse lo-
cum, quo hic Liber fuerit composi-
tus, quia anno 1302. quo fuit exara-
ratus, postquam idem B. Autor anno
1301. fuisset in Insula Cypri & in Al-
leas Civitate Armeniæ, composuit
Messanæ, Januæ, & Majoricis varios
Libros, ut videre est ex Chronologia
Ivonis Salzinger to. 1. Op. Lull; quia
tamen hic libellus lingua lemovicensi
fuit dictatus & exceptus, videtur ma-
gis consonum, quod hoc fuerit Ma-
joricis, & ita videtur innuere scriptor
ex modo loquendi in fine ejusdem:
posterior tamen *Libro Proverbiorum* im-
presso to. 6. Op. Lull. videtur esse iste
libellus, quia ille fuit editus Romæ
anno 1292. ut notavit incertus Lullis-
ta in antiquo impresso affirmato in
Col-

Collegio B. Mariæ Sapientiæ: quapropter B. Lullus in istius Prologo, supponens se alia Proverbia fecisse, dicit se proponere plura, quia multi sunt modi, quibus tenemur ad diligendum Deum, nosmetipsos, & proximum.

Ad mores formandos totus est hic libellus, & juxta præscriptam sibi regulam in Prologo exactissimè procedit Lullus; quia enim ex charitate tenemur ad diligendum Deum, nosmetipsos, & proximum, in unoquoque capite intertexit hujusmodi dilectionis variegata Proverbia; instruit hominem in plerisque virtutibus, ita tamen ut maximè versetur ad eas docendas secundùm modum politicum se gerendi uniuscujusque erga proximum, attenta varia hominum conditione in Republica: quare politica Proverbia possent ista merito appellari: *De mille*

Pro-

Proverbiis inscripsit hunc libellum ipse
B. Lullus in Prologo , licet plura in eo-
dem reperiantur, ob numerum majo-
rem ad se trahentem minorem , ut est
phrasis plerumque in Scriptura usitata,
ubi numerus millenarius pro indefini-
to ponitur.

Quanta potuit diligentia versio è
Lemovicensi in latinum est facta, quam
non esse fortasse penitus exactam ne-
mo mirabitur , qui sciat quanta fue-
rit , adhuc à doctissimis Viris, experta
difficultas in hujusmodi versionibus:
qua propter versioni latinæ adjunctus
est è regione textus Lemovicensis, ut
si forte aliquis nunc , vel aliquando,
meliùs sapiat, charitativè corrigat ubi
in originali est deprehensus (quod ra-
rissimè accidit) manifestus error Ama-
nuensis , facta est verisimilior corre-
tio juxta Doctrinam ejusdem Lulli in
alii

aliis Libris de eadem materia, præcipue in Libro Proverbiorum impresso, traditam; semper tamen in aliis observata est adamussim literalis versio, ita ut, si aliquando obscurus fuerit sensus in Lemovicensi, notata est in margine alia conformis interpretatio, & tandem si aliqua est inventa assertio non satis explicata, & propterea visa est prima facie aliquem dissonum sensum offerre, aliqua additione marginali est brevitate possibili catholicè explicata: circa quod monitum volo Lectorem, ut advertat B. Lullum scripsisse tanto tempore antequam hujusmodi puncta exprofessò controverterentur & ab Ecclesia explanarentur; & aliunde ob brevitatem sententiæ, quam requirit Proverbium, non amplius explanasse suum sensum, cum tamen ex aliis Libris planè constet Catholicus sensus ejusdem,

ejusdem, ut facile possem manifestare.
Ne tamen putet Lector hujusmodi
puncta frequentiora reperire, debet ad-
vertere, Lullum pro suo more semper
tractare materias secundum majorem
generalitatem, quæ ipsis competere
potest, ut, dum in aliquo Capitulo pro-
ponit tractare de *Charitate*, licet hæc
sit virtus theologica, ac proinde su-
pernaturalis, non semper in contextu
agit de charitate supernaturali, sed mul-
töties de naturali; unde habito respectu
& attentione ad hujusmodi generali-
tatem & extensionem loquendi, facile
cognoscet unusquisque, quo sensu lo-
quatur Lullus in unoquoque ex hujus-
modi Proverbiis.

Solùm manet, Candide Lector, ut
si quos defectus in hac editione inve-
neris ignoscas; dummodo attendas so-
lùm præ manibus unicum habitum
fuisse

fuisse Exemplar, & hoc vetustissimum,
quamvis pro eo tempore pulchro satis
caractere scriptum: Lege ergo & per-
lege ea intentione in ultimo capite
adeò commendata & explicata, qua est
factus libellus, & fructum suavissimum
medio divinæ gratiæ adjutorio percipi-
pies.

NOTA.

Præter marginales Textus adnotatio-
nes adjicere vñum est sequentes, par-
tim inadvertentia Impressoris & Cor-
rectoris omissas, partim denuò exco-
gitatas, ut majori claritate percipi va-
leat sensus Autoris.

Pag. 36. cap. 10. nu. 6. videtur di-
cendum: *Al Amic a ma &c.* & pag. 37.
nu. 6. è regione: *ama amicum.*

Pag. 41. cap. 11. nu. 6. sic lege:
Fac alienum &c. *non odio, sed cautela.*

Ibid. nu. 7. in fine videtur dicen-
dum:

dum: *de ipso dicatur*; non *de se ipso*.

Pag. 44. cap. 12. nu. 3. videtur ita legendum: *Per justicia &c.* è *per injus- ticia treball*; & pag. 45. nu. 3. ita: *Cum justitia &c.* & *cum injustitia laborem*.

Pag. 50. cap. 14. nu. 3. ita legendum videtur: *Ab forses &c. forses cor- porals*; & pag. 51. nu. 3. ita: *Spiritu- libus &c. corporales fortitudines*.

Pag. 59. cap. 16. nu. 21. sic lege: *Fides est prope voluntatem impera- tivè*, & procul ab intellectu *scienter*.

Pag. 61. cap. 17. nu. 2. sic intellige: *sine bonitate & justitia in voto non &c.*

Pag. 67. cap. 18. nu. 20. sic intel- lige: *qui non vivit &c. sine charitate regulariter moritur*.

Pag. 83. cap. 23. nu. 13. sic videtur legendum: *Confessarius, qui sibi pro- curat, necit &c.*

Pag. 103. cap. 29. nu. 8. sic intel- lige

lige: Cum Devotione cognoscet *conjecturaliter* si es in gratia Dei.

Pag. 142. cap. 42. nu. 4. sic est legendum: *Con glotoniate ferà membrar, Abstinencia te fasse cessar;* & pag. 143. nu. 4. ita: *quando Gula te faciet memorari, faciat te cessare Abstinentia.*


Pag. 152. cap. 45. nu. 9. sic lege: *Accidios soven vol dormir;* & pag. 153. nu. 9. ita: *Accidiosus frequenter vult dormire.*

Pag. 175. cap. 52. nu. 11. dictum intellige secundum presentem justitiam.

B E A T I
*RATMVNDI LVLLI
DOCTORIS ILLVMINATI
ET MARTYRIS*

L I B E R
*DE
MILLE PROVERBIIS.*

L L I B R E
*DE
MILL PROVERBIS
DEL
DOCTOR ILLUMINAT,
Y MARTYR
EL
BEATO RAMON LVLL.*




PROLEG.



ON l' Hom sia creat per con-
nexer é amar é membrar é
bonrar é servir Deu , per
assó fem aquests Mill Pro-
verbis, ab que donem doc-
trina, com Hom se sàpia ha-
ver en la fi, á la qual es creat. Com sia açó,
que Proverbi sia estrument , qui breument
certifich veritat de moltes coses; é car les ma-
neres sien moltes é diverses , ab les quals es
hom molt tengut d' amar é bonrar Deu , é d'
haver caritat á simeteyx é á son pruysme: per
açó fem molts Proverbis é diverses mane-
res, ab les quals pot hom haver materia á
parlar de totes bones costumes , donant per
ells exempli al comensament de ses paraules.

CAP 1.



PROLOGVS.



UM homo sit creatus ad cognoscendum & amandum & memorandum & honorandum & serviendum Deo, ideo facimus hæc *mille Proverbia*, ut cum ipsis demus doctrinam, qualiter homo sciat habere se ad finem, ad quem est creatus. Cum ita sit, quòd Proverbium est instrumentum, quo breviter certificatur veritas multarum rerum; & quia multi sunt modi & diversi, quibus homo multū tenetur ad diligendum & honorandum Deum, & ad habendum charitatem ad scipsum & suum proximum, ideo facimus plura Proverbia varijs modis, quibus potest homo habere materiam loquendi de omnibus bonis moribus, per ipsa proponendo exemplum in initio suorum sermonum.

CAP. I.

DE DEV.

- 1 **H**age ſe u alegre, perçó car Deus es tot bo é complit.
- 2 Car Deus es pus bo que tot quantes, ames Deu per la ſua bontat, que lo teu be.
- 3 Contre la boneſa é graneſa de Deu no vulles eſſer bon ne gran.
- 4 Hon pus ſoven membrarás é entendrás Deu, pus ſoven l' amarás é 'l tembrás.
- 5 Qui mes tem Deu, que no 'l âma, mes âma ſimeteyx, que Deu.
- 6 Sies bo, perçóque Deus haje en tu bona obra.
- 7 Ab peccat no cregues eſſer en gracia de Deu.
- 8 Molt mes âma la obra, que Deus ha en tu, que la obra, que tu has en ell.
- 9 Més de be pots fer ab Deu en un dia, que ab tumeteyx en mill anys.

DE DEO.

- 1 **L**ætetur unusquisque quia Deus
est totus bonus & completus.
- 2 Quoniam Deus est magis bonus, quā
omne, quod est, dilige magis Deum
propter suam bonitatem, quam tuum
ipsum bonum.
- 3 Contra bonitatem & magnitudinem
Dei noli esse bonus, nec magnus.
- 4 Quò magis frequenter memorabis &
intelliges Deum, eò frequentius illum
amabis atque timebis.
- 5 Qui potius Deum timet, quam amat;
magis amat seipsum, quam Deum.
- 6 Eto bonus, ut Deus bonum opus ha-
beat in te.
- 7 Si peccas, ne existimes te esse in gra-
tia Dei.
- 8 Potius dilige opus, quod Deus habet
in te, quam opus, quod tu in ipso habes.
- 9 Plus boni potes cum Deo operare
in una die, quam cum te solo in mille
annis.

- 10 Més àma Déus tu per se bontat, que per la tua.
- 11 Prega Deus segons les sues condicions, é no segons les tues.
- 12 Car á Deu covenen grans obres, pots á Deu demanar grans coses.
- 13 Molt conégués Deu perçóque molt lo pugues amar.
- 14 Qui les obres de Deu no amà, Deus no àma les obres d' aquell.
- 15 Tot hom, qui ab Deu se baràllae es venit.
- 16 Sens bontat, no hages en Deu esperança.
- 17 Cerca la tua fi en la fi de Deu.
- 18 Loteu poder en lo poder de Deu lo cerca.
- 19 Fé ab Deu companya, perçóque no hagues fretura.
- 20 No creegués mes honrar Deus ab los bens temporals, que ab los spirituals.

CAP.

- 10 Deus magis diligit te propter suam bonitatem, quàm propter tuam.
- 11 Ora Deum secundum suas (*a*) conditiones, & non secundum tuas.
- 12 Quia magna opera conveniunt Deo, potes à Deo petere res magnas.
- 13 Multum cognosce Deum, ut possis multum amare ipsum.
- 14 Deus non amat opera illius, qui Dei opera non amat.
- 15 Quicumque contra Deum luctatur, vicius remanet.
- 16 Absque bonitate ne (*b*) habeas spem in Deum.
- 17 Quære finem tuum in fine Dei.
- 18 Quære tuum posse in Dei posse.
- 19 Associa te Deo, ut nihilo indigeas.
- 20 Ne credas magis honorare Deum cum bonis temporalibus, quàm cum spiritualibus.

CAP.

(*a*) *Conditiones.* Phrasis est Lulliana significans naturam & proprietates ac modum, quo res se habet.

(*b*) *Ne habeas, hoc est Ne putes habere;* est enim præsumptio sperare gloriam sine bonis operibus

DE PRELAT.

- 1 **P**eccat en Prelat es molt gran per mal exempli.
- 2 Per la fi de Preladìa honra Prelat.
- 3 La fi de Preladìa á moltes fins es obligada.
- 4 No vulles Prelat meñyspresar per linyatge, mas per males costumes.
- 5 Bonesa de Prelat mes està per fi é per bones obres, que per sejornar é parents enriquir.
- 6 De negun hom no pren Deus tan gran venjança, com de malvat Prelat.
- 7 Prelat, qui més àma los bens terrenals, que spirituels, enbastardeix la Preladìa.
- 8 Mal Prelat úsa mal del poder de Deu, qui es bo.

9 Fals

DE PRÆLATO.

- 1 **P**ecatum in Prælato est valde magnum propter malum exemplum.
- 2 Honora Prælatum propter finem Prælaturæ.
- 3 Finis Prælaturæ inducit obligationem multorum finium.
- 4 Noli parvipendere Prælatum propter generis conditionem, nisi propter malos mores.
- 5 Bonitas Prælati magis est per finem, & bona opera, quam per commodè, & ignavè vivere, & suos consanguineos ditare.
- 6 Deus non sumit tam magnam vindictam de ullo homine, sicut de improbo Prælato.
- 7 Prælatus, qui magis amat bona temporalia, quam spiritualia, adulterat Prælaturam.
- 8 Malus Prælatus abutitur Dei potentia, quæ bona est.

- 10
9 Fals Prelat fa gran injuria á la veritat de son Ofici.
- 10 Crossé, Anell, é Mitra no han tanta de bellefa, con han Pietat, Caritat , é Castedat.
- 11 Més de be atenÿ Prelat per la fi de Preladìa, que per totes les fins de sos parents.
- 12 En eleccio de Prelat valen mes saviesa é bonefa, que poder, linyatge, é bellefa.
- 13 Los bens, que Prelat s'logya , toll als pobres de Deu.
- 14 Prelat , qui diu mal de son Poble, dia mal de simeteyx.
- 15 A Prelat tanÿ mes plorar, que riure.
- 16 Tot Prelat , qui més pârle d' aquest mon, que d'el altre, es fals.
- 17 No t' confiis en Prelat, qui soven no canta Missa.
- 18 Prelat , qui no payx ses ovelles , no es past de la Grecia de Deu.
- 19 No t' adalts de Prelat , qui àma mes stranya ovella , que privada.

- 9 Falsus Prælatus facit magnam injuriam veritati sui Officii.
- 10 Baculus, Annulus, & Mitra non habent tantam pulchritudinem quam habent Pietas, Charitas, & Castitas.
- 11 Plus de bono attingit Prælatus per finem Prælaturæ, quam per omnes fines suorum consanguineorum.
- 12 In electione Prælati plus valent sapientia & bonitas, quam potestas, genus, & pulchritudo.
- 13 Bona, quæ Prælatus reponit, aufert a pauperibus Dei.
- 14 Prælatus, qui dicit malum de suo Populo, dicit malum de seipso.
- 15 Ad Prælatum magis attinet plangere, quam ridere.
- 16 Omnis Prælatus, qui magis loquitur de hoc mundo, quam de altero, falsus est.
- 17 Noli confidere in Prælato, qui frequenter Missam non cantat.
- 18 Prælatus, qui non pascit Oves suas, non est pastus de gratia Dei.
- 19 Noli exultare in Prælato, qui magis amat ovem alterius gregis, quam sui.

- 20 Si vols conixer Prelat, gârda si què
farà honrament.

CAP. III.

DE PRINCEP.

- 1 *Vſtitia de Princep nodreyx en Poble amor é temor.*
- 2 *Justicia reluu en Princep, é leyaltas en Poble.*
- 3 *Malesa de Princep fa molt á leyaltas de Poble.*
- 4 *Divisio de Poble fa lo poder de Princep malvat.*
- 5 *Poder de Princep es instrument de fi de Poble.*
- 6 *Ira de mal Princep é (a) leyaltat de Poble son germanes.*
- 7 *Veritat de Princep é leyaltat de Poble son cosines.*
- 8 *En aquell Regne ha pau, bon amor de Princep é amor de Poble son uchines.*
- 9 *Linyatge antich de Princep s'ana malalta leyaltat de Poble.*

10 No-

(a) Deslealtat.

20 Si vis cognoscere Prælatum obser-
va cuinam ille honorem tribuit.

CAP. III.

DE PRINCIPE.

- 1 Justitia Principis nutrit in suo Po-
pulo amorem & timorem.
- 2 Justitia relucet in Principe, & fidel-
itas in Populo.
- 3 Ex malitia Principis multūm osten-
ditur fidelitas Populi.
- 4 Divisio Populi facit, quod Princeps
improbus sit potens.
- 5 Potestas Principis est instrumentum
finis Populi.
- 6 Ita perversi Principis & (e) fidelitas
Populi sunt germanæ.
- 7 Veritas Principis & fidelitas Populi
sunt consobrinæ.
- 8 Pax est in illo Regno, in quo amor
Principis & amor Populi sunt vicini.
- 9 Antiqua prosapia Principis sanat fide-
litatem Populi infirmam.

10 No-

(e) Videtur debere dici *infidelitas*, non *fidelitas*

10 Novella costuma enmalalteyx anti-
quitat de Princep é de Poble.

11 De malesa de Princep neyx malesa
de Poble, é de malesa de Poble neyx no-
velletat de Princep.

12 Princep, qui es contra la fi de son Po-
ble, es contra se fi matexa.

13 En contrarietat, qui está entre Prin-
cep é Poble, no ha negun remey.

14 Concordansa, qui sia entre Princep é
Poble, está tota sana.

15 Abans fuyg á Princep mal, que á la
serpent.

16 Abans fuyg á mal Poble, que á mat
Princep.

17 Princep, qui fa mal Poble, fa gran
injuria á Deu per si matex.

18 A la amor é poder, qui está entra
Princep é son Poble, no móques contrast.

15

10 Novitas morum infirmat antiquitatem Principis & Populi.

11 Ex malitia Principis nascitur malitia Populi, & ex malitia Populi oritur novitas Principis.

12 Princeps, qui est contra finem sui Populi, est contra finem proprium.

13 Contrarietas, quæ est inter Principem & Populum, nullum remedium habet.

14 Concordantia, quæ est inter Principem & Populum, est tota sana.

15 Potius fuge improbum Principem, quam serpentem.

16 Potius fuge à malo Populo, quam à malo Principe.

17 Princeps, qui facit Populum malum, facit per seipsum magnam injuriam Deo.

18 Contra amorem & potestatem, qui sunt inter Principem & suum Populum, noli excitare oppositionem.

CAP. IV.

DE SOTMES.

- 1 **A** Mal Señyor no venes né dons ta
libertat
- 2 Perçóque no sies ocios membra soven
la fi, á la qual estás sotsmes.
- 3 Aytant com estás sotsmes, ama les ne-
cessitats de ton Señyor.
- 4 Sotsmet ton cors á mal Señyor, é no ta
volentat.
- 5 Si est reptat ab mal, respon ab be.
- 6 Escusat' ab poques paraulcs, perçóque
ton Señyor abreuge ses paraules.
- 7 No recuses atòrt, perçóque adret no
sies blasmat.
- 8 A ton Señyor no vulles eſſer obedient
contra Deu.
- 9 Ama ton Señyor perçóque sens treball
lo pugues servir.
- 10 Desixa eſſer par ab ton Señyor per bon-
tat é veritat, é no per poder é volentat.
- 11 Pusque per fi està humilitat, està hu-
mil per volentat.

12 *Ama*

CAP. IV.

DE SVBDITO.

- 1 **P**er verso Domino neque vendas neque des libertatem tuam.
- 2 Ut non sis otiosus memorare frequenter finem, cui subditus es.
- 3 Quantò subditus es, tanto necessitates tui Domini amato.
- 4 Subjice malo Domino corpus tuum, & non voluntatem tuam.
- 5 Esto male corripiaris, bene respondeas.
- 6 Excusa te paucis verbis, ut Dominus tuus abbreviet sua verba.
- 7 Non injustè recuses, ne justè vitupereris.
- 8 Noli esse obediens Domino tuo contra Deum.
- 9 Ama Dominum tuum, ut possis finè labore illi servire.
- 10 Concupisce æquari Domino tuo bonitate & veritate, & non potestate & voluntate.
- 11 Quoniam humilitas per se ipsam subsistit, esto humilis per voluntatem.

B

12 Dili-

- 12 Ama més leyal servitud, que falsa Señoría.
- 13 Qui á son Señyor destruu honrament, enclína simateyx á desonor.
- 14 No vulles honrar ton Señyor, mas aytant com á tu é á ell se core.
- 15 Plus servesques á ton señyor per amor, que per paor, si ell es bo.
- 16 Aquell acostúma simateyx á mal, é pert son temps, qui á mal Señyor serveyx.
- 17 Qui á moltes coses desserveyx, ab moltes es blasmat.
- 18 No vulles esser loat d'gó, que ha áffer per servitud.
- 19 Ama Paciencia, perçóque la busques sostenir.
- 20 Qualque Señyor hages, abque bon sia, no hages vergoñya dell á servir.
- 21 Ab mal Señyor no creeques haver pau.

CAP. V.

DE PARENT.

- 1 **N**O ames ton fill més, que ta anima, qui ab ton fill no ha paren-

- 19
- 12 Dilige potius fidelem servitutem,
quam falsum dominium.
- 13 Qui destruit honorem Domini sui,
seipsum inclinat ad inhonorem.
- 14 Noli honorare Dominum tuum ultra id,
quod tibi eique convenit.
- 15 Plis servias Domino tuo, si bonus
est, cum amore, quam cum timore.
- 16 Qui servit improbo Domino, malo
assuefecit & suum tempus perdit.
- 17 Qui in pluribus rebus disservit, in
pluribus criminatur.
- 18 Ne velis laudari de his, quae vi
servitutis facere debes.
- 19 Ama patientiam, ut eam possis sus
tinere.
- 20 Qualiscumque sit Dominus tuus,
dum sit probus, ne verearis illi servire.
- 21 Ne credas pacem habere cum per
verso Domino.

CAP. V.

DE COGNATO.

Non ames filium tuum plus
quam animam tuam, quae nul
lam

parentesch.

- 2 *Lo parentesch , que Deus ha ab tu en-
quant es home , ama més, que altre.*
- 3 *No creegues Parents , qui amen més.
tos bens , que ta Persona.*
- 4 *Ama més bon Cofi , que mal fill.*
- 5 *Parentesch , perque hom pert Deu, no
es amable.*
- 6 *Segons qu' els graus de parentesch son
amables , son honrables.*
- 7 *Per parentesch honra ton Parent qual-
que sia.*
- 8 *Ama més ton Parent per sa bontat ,
que per son antich linyatge.*
- 9 *Si ab virtuts pots ennoblit novelletat
de ton linyatge, ab peccats pots envila-
nir la antiquitat de ton linyatge.*
- 10 *Parentesch excita en necessitat, Au-
dacia , Caritat , é Pietat.*
- 11 *Con oïràs mal dir de ton Parent, ba-
ges né vergonya.*

- 1 iam habet cognationem cum filio tuo.
- 2 Plús ama cognationem , quam Deus
ut homo tecum habet , quàm aliam
quamcumque.
- 3 Ne credas cognatis , qui potiús dili-
gant bona tua , quàm tuam personam.
- 4 Potiús ama Consobrinum probum ,
quàm filium improbum.
- 5 Non est amabilis cognatio , propter
quam homo perdit Deum.
- 6 Secundúm quod gradus cognationis
sunt amabiles , sunt honorabiles.
- 7 Qualiscumque sit cognatus tuus ho-
nora illum propter cognationem.
- 8 Dilige magis cognatum tuum prop-
ter suam bonitatem , quàm propter an-
tiquitatem sui generis.
- 9 Si cum virtutibus potes nobilita-
re novitatem tui generis , pecca-
tis quoque potes antiquitatem tui ge-
neris vilem reddere.
- 10 In necessitate cognatio excitat Au-
daciā , Charitatem , & Pietatem.
- 11 Erubesce , cùm audies prava enar-
rati de Cognato tuo.

- 12 Lóa més ton Parent per sa bontat,
que per sa riquesa.
- 13 La bontat natural de ton cors é la
bontat natural de ton Parent son Pa-
rentes.
- 14 Per la bontat, que tu has per costuma,
no escuses ton malvat Parent.
- 15 Ergullós Parent dona à sos Parents
treball.
- 16 Fuyg á Parent, qui enquant est son
Parent, ha de tu vergoñya.
- 17 Contrarietat de Parents es trop mala,
éforts.
- 18 Més te confia en ton Parent per bo-
na costuma, que per parentesch.
- 19 L' honrament de tot Parent no t'
escúsa de ta mala costuma.
- 20 Les tues males costumes deshonren
tots vos Parents.

CAP. VI.

DE MULLER.

EN ta Muller ama més si de Ma-
trimoni, que plaér.

2 Ama

- 12 Lauda potius Cognatum tuum propter suam probitatem, quam propter suas divitias.
- 13 Naturalis bonitas corporis tui & naturalis bonitas Cognati tui habent cognitionem.
- 14 Bonitate, quam es morigeratus, non excuses Cognatum tuum improbum.
- 15 Cognatus superbus vexat cognatos suos.
- 16 Fuge Cognatum, qui erubescit de tua Cognitione.
- 17 Contrarietas inter Cognatos est mala nimis & fortis.
- 18 Confide magis in Cognato tuo propter ejus bonos mores, quam propter cognitionem.
- 19 Honor Cognati tui non excusat te de tuis pravis moribus.
- 20 Mores tui mali inhonorant omnes tuos Cognatos.

CAP. VI.

DE UXORE.

- 1 **D**ilige potius in Uxore tua finem Matrimonii, quam delectationem.
- 2 Plus

- 2 Ama més en ta Muller bontat , que bellefa.
- 3 Si prens Muller per esser honrat , ab ta Muller no sies trop privat.
- 4 No t' confius en Muller mentidera.
- 5 Ab la tua fornicatio nodreyxs fornicatio en la volentat de ta Muller.
- 6 En fornicatio está lo major contrari , que pot esser entre Marit , é Muller.
- 7 Sies cast , perçóque ta Muller sia casta.
- 8 Ab amor sies privat en bona Muller , é ab temor de mala.
- 9 Abans nodresques ta Muller ab amor , que ab paor.
- 10 A ta Muller no sies avár.
- 11 Garda , que ta Muller no conegea tos vicens.
- 12 No es tan gran treball é vergoñya , com de mala Muller.
- 13 Ama més ta Muller beyla en Casa , que á la Plassa.
- 14 Ama més la bonesa de ta Muller , que de ton fill.
- 15 Tos Parents hagen més de poder en ta Casa , que aquells de ta Muller.

- 2 Plus ama bonitatem in Uxore tua,
quam pulchritudinem.
- 3 Si ducis Uxorem, ut sis honoratus,
ne sis illi nimium familiaris.
- 4 In Uxore mendace non confidas.
- 5 Fornicatione tuâ nutris fornicationem
in voluutate Uxorise tuæ.
- 6 Major adversarius, qui possit esse in-
ter Virum & Uxorem, est fornicatio.
- 7 Sis castus, ut Uxor tua casta sit.
- 8 Cum amore sis familiaris bonæ Uxo-
ri, & cum timore malæ.
- 9 Potius nutrias Uxorem tuam cum
amore, quam cum timore.
- 10 Uxori tuæ non sis avarus.
- 11 Cave nè tua Uxor cognoscat vitia
tua.
- 12 Nihil affert tantum laborem & ve-
recundiam, sicut Uxor mala.
- 13 Potius dilige, quod Uxor tua pul-
chra videatur in domo, quam in foro.
- 14 Ama magis bonitatem Uxorise tuæ,
quam filii tui.
- 15 In domo tua potentiores sint Cog-
nati proprii, quam Cognati Uxorise tuæ.
- 16 In

- 16 Les tues costumes sien pus dones en ta
Casa, que les costumes de ta Muller.
- 17 Qui fuyg á gelosia, fuyg á gran tre-
ball.
- 18 Qui soven tempta sa Muller, soven
s' en penet.
- 19 Devant ta Muller no parles de les
circumstancies de drudaria.

CAP. VII.

DE SCUDER.

- 1 **S**i soven vols esser alegre, hages bon
Scuder.
- 2 Tants Scuders muda, tróque un bo ne
pusques haver.
- 3 De negun no has mester tan soven ser-
víci, com de Scuder.
- 4 S'optosament no reprénes ton Scuder.
- 5 Amor, temor é humilitat nodresques en
ton Scuder.
- 6 Dóna á ton Scuder çó que li promets.

16 In domo tua plus dominantur consuetudines tuæ, quam consuetudines tuæ Uxorius.

17 Qui zelotypiam fugit, magnum laborem fugit.

18 Qui frequenter tentat Uxorem suam, frequenter inde pœnitet.

19 Coram tua Uxore ne loquaris de circumstantiis concubinatus.

CAP. VII.

DE FAMVLO.

1 **S**i frequenter vis esse lætus, habeas famulum bonum.

2 Tot permuta famulos, quoique unum obtineas bonum.

3 Nullius tam frequenter indiges servitio, sicut famuli.

4 Nunquam subito reprehendas famulum tuum.

5 Enutrias in famulo tuo amorem, timorem & humilitatem.

6 Dona famulo tuo quidquid illi promisisti.

7 Famu-

- 7 Lo millor amich, que tu has, es ton
bon Scuder.
- 8 Null hom no dóna tan soven treball,
com mal Scuder.
- 9 No t' adalts de Scuder, qui desiyg
belles vestidures.
- 10 Scuder negligent no es ton amich.
- 11 No t' confiis en Scuder, qui ria mes
á ta Muller, que á tu.
- 12 Scuder, qui rient se repréna no t'
âma.
- 13 Gita de tu Scuder, qui no reep cor-
reccio.
- 14 Negun Scuder no pot be servir son
Señyor, si no l' âma.
- 15 En escuder amamés veritat é leyal-
tat, que prestesane belleza.
- 16 Scuder, qui engâna son vebì, engâ-
na ta casa.
- 17 Scuder Lagoter é maldigol no es
leyal.
- 18 Scuder, qui no ha vergoñya, no es bo.

- 7 Famulus tuus bonus est melior amicus tuus.
- 8 Nullus homo adeo frequenter afficit angustiā, sicut famulus nequam.
- 9 Non exultes in hoc, quod Famulus tuus pulchras vestes concupiscit.
- 10 Famulus negligens non est amicus tuus.
- 11 Ne confidas in famulo, qui magis arridet Uxori tuæ, quàm tibi.
- 12 Famulus, qui ridet, dum reprehenditur, non amat te.
- 13 Projice à te famulum, qui non admittit correctionem.
- 14 Nullus famulus potest bene servire Domino suo, si illum non amat.
- 15 Potiús ama in famulo veritatem & fidelitatem, quàm promptitudinem & pulchritudinem.
- 16 Famulus, qui fallit vicinum suum, fallit domum tuam.
- 17 Famulus delator & maledicus non est fidelis.
- 18 Famulus, qui non est verecundus, non est bonus.
- 19 Non

- 19 *Ab ton Scuder no muntiplichs paraules.*
- 20 *Ab ton Scuder no ries soven.*

CAP. VIII.

DE COMPAÑYO.

- 1 **L**a volentat de ton Compañyo' fé
compañyona de la tua.
- 2 *Ab home avar, né ergullós no fasses
companya.*
- 3 *Ab ta leyaltat nodreyx en Compañyo'
leyaltat.*
- 4 *Qui á son Compañyo' ment, nodreyx se
en ell mentida.*
- 5 *Ton Compañyo' no sapia més en tu, que
tu en ell.*
- 6 *Ab home, que no coneixs, no fasses
companya.*
- 7 *Bestia, qui no mengya carn, no fa
companya ab bestia, qui carn mengya.*
- 8 *Ab home ocios no fasses companya.*
- 9 *No fasses Compañyo d'hom, qui t' haje
menas-*

- 19 Non multiplices verba cum famulo tuo.
- 20 Ne rideas frequenter cum famulo tuo.

CAP. VIII.

DE SOCIO.

- 1 **F**Ac sociam voluntatis tuæ voluntatem Socii tui.
- 2 Nec cum homine avaro, neque cum superbo societatem facias.
- 3 Fidelitate tuâ enutri fidelitatem in Socio tuo.
- 4 Qui mentitur Socio suo, contra se nutrit in illo mendacium.
- 5 Socius tuus non plus sciat, quæ sunt in te, quam tu, quæ sunt in illo.
- 6 Ne associes te homini, quem non cognoscis.
- 7 Bestia, quæ carnibus non pascitur, non se associat bestiæ, quæ carnibus pascitur.
- 8 Non te associes homini otioso.
- 9 Non eligas in Socium hominem, qui tibi

menassat né deshonrat.

- 10 Dc home honrat é pobre no fasses companyó.
- 11 No reprénes ton Compañyó sens raho.
- 12 En Compañyó, qui t^c fassa avantatge, te confia.
- 13 No fasses compagnyia ab hom, qui lougerament muda son proposit.
- 14 Compañyó, qui l'oa tos vicis, no es leyal.
- 15 Compañyia d^c hom pech es molt perillosa.
- 16 Ab hom, qui haja forts enemichs, no fasses compagnyia.
- 17 No fasses compagnyia ab hom, qui desiyg comprar la tua casa.

CAP. IX.

DE VEHÌ.

- 1 **A** Ton Vehì sies cortés.
- 2 **A** Ab ton bon Vehì sies privat en sa Casa, é ab mal Vehì en la carrera.

33

tibi minatus fuerit, aut te in honora-
verit.

10 Non facias Socium tuum hominem
pauperem laute viventem.

11 Ne reprehendas Socium tuum abs-
que ratione.

12 Confide in Socio, qui tibi faciat
avantagium.

13 Ne associes te homini, qui leviter
propositum suum mutat.

14 Socius, qui vitia tua laudat, non
est fidelis,

15 Societas hominis vilis est multum
periculosa.

16 Ne facias societatem cum homine
habente fortes inimicos.

17 Ne facias Societatem cum homine
desiderante emere domum tuam.

CAP. IX.

DE VICINO.

1 **S**is curialis cum tuo Vicino.

2 **S**esto familiaris tuo bono Vicino
in domo sua, malo autem in foro.

C

3 Cave

- 3 Lo teu chà no mórde lo chà de ton Vehì.
- 4 Riu lo be de ton Vehì, é plora lo seu mal.
- 5 Qui ha mal Vehì, soven hatreball.
- 6 No demans çó, que ton Vehì fa en la Casa.
- 7 Digues les bones costumes de ton Vehì, é no les males.
- 8 A ton Vehì no parles de sa Muller, né de la tua.
- 9 No digues á ton Vehì çó, que tu menges en ta Casa.
- 10 No digues á ton Vehì mal de çó, que ell âma.
- 11 Si ton Vehì ha fretura, hagesli pietat é caritat.
- 12 A ton bon Vehì riu, é á ton mal Vehì plora.
- 13 Ab ton bon Vehì t' ajúda dc mal Vehì.
- 14 A mal Vehì no demans consell né ajuda.
- 15 A mal Vehì fé tornes dels teus bens.
- 16 A

- 3 Cave nè canis tuus mordeat canem
Vicini tui.
- 4 Gaude de bonis Vicini tui, & plan-
ge super mala sua.
- 5 Qui malum Vicinum habet, frequen-
ter est in labore.
- 6 Noli inquirere, quid facit Vicinus
tuus in domo sua.
- 7 Narra bonos mores Vicini tui, non
verò malos.
- 8 Ne loquaris cum Vicino tuo de Uxo-
re sua, neque de tua.
- 9 Noli referre Vicino tuo, quæ come-
dis in domo tua.
- 10 Vicino tuo nè dicas malum de his,
quæ ipse diligit.
- 11 Si Vicinus tuus est indigens, sis cum
illo pius & charitativus.
- 12 De bono Vicino tuo gaude, & de
malo Vicino tuo plora.
- 13 Cum bono Vicino tuo adjuva te in
tuum Vicinum malum.
- 14 A Vicino malo non petas consilium,
nec adjutorium.
- 15 Malo Vicino repende bona tua.

16 Ne

- 16 *Amal Vehì no creegues de ta Muller,
né de la sua.*
- 17 *Ab ton bon Vehì bajes moltes paraules.*
- 18 *Ton mal Vehì no sàpia los secrets de ta
Casa.*
- 19 *Lo bon Vehì lóa á hom be; é mal Vehì
lóa á hom mal.*
- 20 *Del poder de ton bon Vehì sies alegre, é
del poder de ton mal Vehì sies trist é irat.*

CAP. X.

DE AMICH.

- 1 **A** Maço, que ton Amich àma.
- 2 **A** Si es gran Amich, sies li gran Amich.
- 3 Aquell es pech Amich, qui s' anúgya de servir son gran Amich.
- 4 Ab ton Amich no vulles jugar.
- 5 No reprénes soven ton Amich.
- 6 Enemich ama per ta bontat, é bages esperansa.

- 16 Ne credas Vicio ³⁷ improbo oblo-
quenti de Uxore tua, nec de sua.
- 17 Confabulare multum cum tuo bono
Vicio.
- 18 Improbus Vicius tuus nesciat secre-
ta domus tux.
- 19 Bonus Vicius laudat hominem bene;
& malus Vicius laudat hominem male.
- 20 Sis laetus de potestate tui Vicini bo-
ni, & de potestate tui improbi Vicini
esto tristis & iratus.

CAP. X.

DE AMICO.

- 1 Ma id, quod Amicus tuus amat.
- 2 **A** Si tibi est Amicus magnus, esto
illi magnus Amicus.
- 3 Qui fastidit deservire suo magno Ami-
co, est vilius Amicus.
- 4 Cum tuo Amico noli jocari.
- 5 Ne reprehendas frequenter tuum Ami-
cum.
- 6 Vi bonitatis tux ama inimicum, &
confide.

7 Ne

- 7 No sies privat del Enemich de ton Amich.
- 8 A ton Amich lóa son be, é blâsma son mal.
- 9 Per un mal de ton Amich, no pérdes molts de sos bens.
- 10 Ab paraules amorooses parla á ton Amich.
- 11 A ton Amich no li vénés per diners, né l' pérdes per ira.
- 12 Del teu poder é del poder de ton Amich fé un poder.
- 13 Volentat de dos Amichs se concorden á un fi.
- 14 Qui ha bon Amich atart ha fretura.
- 15 De la malaltia, que has per ton Enemich, te sâna ton bon Amich.
- 16 Les riqueses, que has, é les riqueses de ton Amich, fé amigues é vehines.
- 17 Si est Enemich, no creeques esser Amich.
- 18 A negun hom no fasses tants ni tan grans

- 7 Ne sis familiaris cum inimico Amici tui.
- 8 Quod bonum est in Amico tuo lauda, & quod malum est vitupera.
- 9 Propter unum defectum Amici tui, ne perdas reliqua sua bona.
- 10 Amico tuo loquere verba benevolæ.
- 11 Ab Amico non quæstum quæras, nec propter iram illum perdas.
- 12 De potestate Amici tui & de tua potestate fac unam potestatem.
- 13 Voluntates duorum Amicorum concordant ad unum finem.
- 14 Qui habet bonum Amicum rarò indiget.
- 15 Amicus tuus bonus fanat ægritudinem, quam pateris propter tuum inimicum.
- 16 Fac, quod divitiæ tuæ & divitiæ Amici tui sunt amicæ & vicinæ.
- 17 Si es inimicus, nè credas (*d*) esse Amicum.
- 18 Nulli homini facias tot & tanta beneficia
- (*d*). vel: haberis pro Amico.

grans plaers, com á ton bon Amich.

19 Perçóque no dons passio á ton Amich,
no li parles de son Enemich.

20 Soffir á ton Amich los seus vics,
perçóque ell soffria los teus.

CAP. XI.

DE ENEMICH.

1 **A** Ma ton Enemich, en quant es
creatura de Deu, é no en quant ha
males costumes.

2 Assája de ton Enemich si poras fer
Amich.

3 Ffér avantage á ton Enemich perçóque
ell lo t' fassa.

4 Qui soven mémbra, é soven párla de
son Enemich, soven ha passió.

5 A ton Enemich no montiplichis son po-
der, né sa ira.

6 Ffér ton Enemich estrañ als teus uylls,
é á tes orellas.

7 Qui diu mal de son Enemich, doble-
ment que sia maldit procúra.

neficia, sicut tuo bono Amico.

19 Noli confabulare cum Amico tuo de suo inimico, nè conſtriftetur.

20 Tolera defectus Amici tui, ut & ipſe tuos toleret.

CAP. XI

DE INIMICO.

1 Ma Inimicum tuum inquantum est creatura Dei, & non inquantum habet pravos mores.

2 Tenta, si de tuo Inimico poteris facere amicum.

3 Præroga beneficium Inimico tuo, ut & ipſe tibi retribuat.

4 Qui frequenter memorat, & crebrò loquitur de Inimico suo frequēter dolet.

5 Non multiplices potestatem neque iram Inimici tui.

6 Fac alienum tuum Inimicum à tuis oculis & tuis auribus.

7 Qui malum dicit de suo Inimico, procurat, quod duplicatum malum defeipſo dicatur.

- 8 No créeques laugeralement lo mal de ton Enemich de çó, que hom t' en diu.
- 9 A ton Enemich reffrenes sa ira, si l' lóas.
- 10 Si es Enemich per ton vici, hageslo per Amich ab ta virtut.
- 11 Si has Enemich, hages de ton Enemich paor.
- 12 Major paor hages de ton Enemich endurment, que en vetllant.
- 13 No dormes, dementresque ton Enemich vetlla.
- 14 Les condicions de ton Enemich s'apies, é ell no les tues.
- 15 De Enemich savi hages paor, é no del foll.
- 16 A ton Enemich parla de be, é no de mal.
- 17 Ffér t' Amich del Amich de ton (b) Amich é de son Enemich.
- 18 Ton Enemich no l' creégues de res.
- 19 No hages enemistat per pocha utilitat.

CAP.

(b) Forte legendum Enemich.

- 8 Ne leviter credas malum , quod tibi
homo refert de tuo Inimico.
- 9 Iram Inimici tui compescis, si illum
laudas.
- 10 Si ob tuum vitium est tibi aliquis
Inimicus, fac habeas illum Amicum
per virtutem tuam.
- 11 Si habes Inimicum , illum time.
- 12 Magis time Inimicum tuum dum
dormis, quam dum vigilas.
- 13 Non dormias, dum Inimicus tuus
vigilat.
- 14 Scias conditiones Inimici tui , non
autem ille tuas.
- 15 Inimicum sapientem time , sed non
stultum.
- 16 Cum tuo Inimico loquere de bono,
non autem de malo.
- 17 Fac te amicum Amici (e) Amici tui,
& Inimici sui quoque.
- 18 In nullo fidem præbeas Inimico tuo.
- 19 Non contrahas inimicitiam ob pa-
vam utilitatem.

CAP.

(e) Forte Inimici.

CAP. XII.

DE JUSTICIA.

- 1 **S**i ámas ab amor eſſer jutgyat, ama Justicia.
- 2 Per Justicia fa hom just amar é desirar.
- 3 Per Justicia bauras pau, é per Justicia treball.
- 4 Qui vol Justicia cónpra injuria.
- 5 Justicia es riquesa d' hom pobre, é injuria es riquesa d' hom rich.
- 6 Jutgya tos peus á bones costumes, é tes mans á bones obres.
- 7 Qui es enemich de Justicia, es enemich, de totes coses.
- 8 Lo millor amich, que ha en ton graner é en ton celler, es Justicia.
- 9 Qui áma Justicia, áma Rey.
- 10 Si has trop mengyat, jutge t' á ell molt amar.
- 11 Justicia ha major parentesch ab bondat, que ab diners.
- 12 Justicia é injuria tots temps han guerra.

CAP. XII.

DE JVSTITIA.

- 1 Si cupis cum amore judicari, ama Justitiam.
- 2 Homo per Justitiam facit justum amare, & desiderare.
- 3 Cum Justitia pacem habebis, & cum Justitia laborem.
- 4 Qui vult Justitiam, mercatur injuriam.
- 5 Pauperis divitiæ sunt Justitia, & Divitis divitiæ sunt injuria.
- 6 Judica pedes tuos ad bonos mores, & manus tuas ad bona opera.
- 7 Qui est inimicus Justitiæ, omnium rerum est inimicus.
- 8 In horreo & in cellario tuo melior amicus non invenitur, quam Justitia.
- 9 Qui amat Justitiam, amat Regem.
- 10 Si plus justo comedisti, perpende an justum sit illud diligere.
- 11 Justitia majorem cognitionem habet cum bonitate, quam cum pecuniis.
- 12 Justitia & Injuria semper sunt in pugna.

- 13 *Qui guerretja injuria ab Justicia,
Deu li ajúda.*
- 14 *Ab Justicia te consella, é no creégués
injuria.*
- 15 *Molt ha fals nom Jutge injuriós.*
- 16 *No t' jutges esser salvat per ta bontat.*
- 17 *En judici eternal bages paor.*
- 18 *Fayg á peccats, é lexals de ta anima
é de ton cors.*
- 19 *Vivifica Justicia ab caritat, é mor-
tifica injuria ab paor.*

CAP. XIII.

DE PRUDENCIA

- Q**ui á Prudencia elig, elig lo major
be, é esquiva lo major mal.
- 2 *Prudencia es luñy d' home no savi.*
- 3 *Ab home foll no creégués fer savieses.*
- 4 *Prudencia vétlla en lo temps, que in-
